Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



& anima seruierunt xpo. ita cum corpore & anima remunerent. quia reuera [illegible] ē dignum. Ideoq; quia necdum ad illam dignitatē ad quam uenturi sunt peuenerunt. subse sunt. quia postmodū maiores futuri sunt. Cum autē uenerint ad tantā glam. iam ñ erunt subse. sed in se. Qd tali exemplo cognosci potest. Ponamus quēlibet in monasterio enutritū. & postea abbatē constitutū. Quādiu talis sub prioribus uiuit. quasi subse est. Cum autē abbas fuerit electus. iam ñ ē subse sed in se. Tali modo tunc iam animę fidelium subse ñ erunt. quando animę simul cū corporib' in mortalitate gaudebunt. Animę occisorū dicunt̄ animę martyrū. Duo sunt quippe martyrii genera in hoc mundo. unū apertum scilicet qd fit in corpore. sicut martirizatus est Petrus. Pauls & ceteri. alterū uero occultū. quando sci. ab impiis obprobria. irrisiones. & contumelias sustinent. De his duobus generib' martyrii dicit dns filiis zebedei. Potestis bibere calicē quē ego bibiturus sum. Et deinceps calicē meū bibetis. cū unus illoq; fuerit decollatus. alter in pace uitam finierit. & tamen ñ sine martyrio fuit. quia multa obprobria & aduersitates p xpo sustinuit. Unde legimus eū in actibus apl'orū flagellatū. cū ceteris. quando ibant gaudentes a conspectu concilii. Propter uerbū & ppter testimoniū quod habebant. Illud ē uerbū de quo ihs. In principio erat uerbū. Cū uerbo quia habebant illud in corde. testi